

terito seculo famosissimum medicum Arnaldum Auillanoua Romæ Virgulas aureas, & verè aureas, arte chymicâ confecisse: Quòd autem id prohibeant leges ciuiles, id factum est propter politiam; imò verò euidens ex hoc argumentum pro nobis elicetur, non enim leges ciuiles prohibent impossibile; sed ex aduersarijs leges ciuiles prohibent fieri Alchymiam, seu artem convertendi metalla in aurum, ergo euidem

dentissimum est indicium dictam transmutacionem posse fieri, alioquin nugatoria foret dicta prohibitorum, quòd autem non omnes chymici suum assequuntur intentum, hoc non debet attribui virtutis artis, sed artificis, imò verò multò magis possibilem existimare artem chymicam, quam artem liquefaciendi lapides, quæ tamen apud antiquos multum erat familiaris, licet nunc ignaretur.



DISPUTATIO QUARTA,

DE

CAVSIS TUM IN VNIVERSVM, TUM IN PARTICVLARI.

Aperitur Disputationis status.

De quibus
agendum sit
in hac dispu-
tatione.



RASENS tractatus de causis non infimum tenet locum inter Physicos, imò primarium sibi vindicare videtur, felicemque reddit, qui in eo est instructus iuxta illud Poëtae.

Felix, qui ponit rerum cognoscere causas

Vt ergo ad facilitatem hanc aliqualiter pertingeremus possimus, quæ sequuntur circa causas, perscrutari aggrediemur.

Partitione prima quid sit causa, & causalitas & de causarum numero inquietur.

Secunda De causa materiali & formalis earumque causalitate, & effectibus.

Tertia. De causa efficiente & eius causalitate.

Quarta. An Deus concurrit cum causis secundis?

Quinta. An Accidens possit producere substantialiam, & an forme substanciales sint operationes de se?

Sexta. Quid sit causa finalis, & de eius causalitate?

Sepima. De reliquis difficultatibus causa finalis.

Otiosa. De causa ideali, & ad quodnam genus causa reducatur?

Nona. De causis in comparatione ad suos effectus.

Dicima. De causis per accidens.

S V M M A

Dicendorum in hac disputatio- ne quarta.

N VERO primo Explicatur quid sit causa? Numero 2. Quid sit causa causalitas? Num. 3. Determinatur quaternaria causarum numerus? Num. 4. Determinatur, in quoniam consistat causa materialis causalitas? Num. 5. quoniam sit causalitas causa formalis? Num. 6. Concluditur, quod propria effectus forma sit com-

positum; Num. 7. proponitur definitio cause efficientis; Num. 8. de causalitate causa efficientis agitur. Num. 9. non modo Deus, sed & creatura aliquid agunt. Num. 10. proponuntur 24 rationes probantes Deum concurrere immediate cum causis secundis ad eorum actiones. Num. 11. Ponuntur 12. rationes indicantes Deum non concurrere immediate cum causis secundis ad eorum actiones. Num. 12. solununt rationes probantes immediatum concursum Dei. Num. 13. solununt rationes negantes immediatum concursum Dei. Num. 14. non videatur a ratione aliena opinio negans immediatum concursum Dei. Num. 15. supposito tamen immediato concursu Dei, an Deus concurrit concursu proprio, an simultaneo tantum? argumenta in utramque partem afferuntur, & solununt. Num. 16. argumenta pro concursu simultaneo afferuntur, & solununt. Num. 17. prædicta magis negant immediatum concursum Dei, quoniam illum abrumpunt; Num. 18. Determinat author quid neque in propriis, neque in aliena virtute accidentis producat substantialiam. Num. 19. Rationes contra resolutionem afferuntur, & solununt. Num. 20. concluditur, quid causa finalis sit vera causa; Num. 21. Ratio appetibilitatis est causalitas causa finalis in actu primo, conuenienter tantum bono; Num. 22. causalitas causa finalis in actu secundo est motio metaphorica, prout elicetur ab agente; Num. 23. per quid causa finalis sit vera causa; Num. 24. Causa exemplaris, & est conceptus obiectivus & formalis: Explicatur, & probatur; Num. 25. Causa exemplaris, & ad efficientem & ad formalem renovatur; Num. 26. Causa formalis, & materialis non sunt prestantiores suis effectibus. Num. 27. efficientis & finalis sunt prestantiores suis effectibus; Num. 28. Omnis causa est prior suo effectu; Num. 29. Potest Deus supplere causalitatem omnium causarum, diversimode tamen; Num. 30. Omnis causa distinguitur a suo effectu; Num. 31. Concludit author implicare eundem numero effectum producere à pluribus causis talibus. Num. 32. agitur de fortuna, & causa. Num. 33. De fato. Num. 34. De bona fortuna, & unde veniat late explicatur. Num. 35. de monstris.

Parte-